

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3566

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Tilly, Notre-Dame de Saulseuse, dépendance Vaux-de-Cernay (prieuré)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1257, octobre

Lieu d'émission : Pontoise

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, vidime la charte de Guillaume Ruffin de Binanville et confirme la concession de toutes les maisons ou tènements qu'il avait en mainmorte à Mantes faite par cette charte au prieur et aux chanoines de Notre-Dame de Saulseuse.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 595, p. 110.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nos litteras Guillelmi Rufin, de Binanvilla, militis, vidimus in hec verba :

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Guillelmus Ruffin, de Binanvilla, miles, pro salute anime mee et antecessorum meorum, volo et concedo quod religiosi prior et conventus ecclesie beate Marie de Salicosa, ordinis Sancti Augustini, Rothomagensis diocesis, teneant et in perpetuum pacifice possideant in manu mortua, sine aliqua coactione vendendi, alienandi seu extra manum suam ponendi per me vel per heredes meos eisdem facta, totum illud masagium seu tenementum integre quod iidem religiosi habent et possident apud Meduntam in feodo meo, situm inter vicum Vitalis Darly, ex una parte, et vicum de Malrepast, ex altera, liberum, quietum et absolutum ab omnibus, per censum quem antea pro eodem masagio seu tenemento percipere solebam, videlicet quinque solidos et septem denarios et obolum parisiensem tantummodo, michi vel heredibus meis a dictis religiosis in festo Sancti Remigii apud Meduntam annuatim persolvendos, dans et concedens eisdem religiosis omne jus quod ego vel heredes mei ibi habebamus vel habere poteramus, tam in vendis, foragiis, quam in omnibus aliis, salvo nobis tantummodo redditu supradicto. Hec autem omnia, prout superius sunt expressa, ego prefatus Guillelmus et heredes mei tenemur eisdem religiosis vel ab ipsis super hoc causam habentibus garantizare penitus et deliberare per redditum supradictum, salvo jure domini regis. Quod ut ratum et stabile permaneat in posterum, presentem cartam eisdem dedi sigilli mei munimine roboratam. Actum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo sexto, mense martio.

Nos autem premissa omnia, prout superius continentur, volumus, concedimus et auctoritate regia confirmamus, salvo jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litieras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum apud Pontisaram, anno Domini M^o CC^o quinquagesimo septimo, mense octobri.